

Si autem compellerent illos ad ea opera quæ ieiunium impediunt, non solum non curarent eos ad observantiam ieiuniorum inducere; sed e contrario obliuiscia ponerent, quæ eisdem ieiunii observationi abducent. Hanc sententiam defendunt Navarrus, Toletus, Azorius, Ricardus, Gabriel, Paludanus, Aftenfis, Rolella, Angelus, Cardinalis Cozza, & alii plures. Secundam partem docet expresse D. Thomas in IV. dist. xv. quaest. iv. *Nec ieiunium illi a peccato immunes sunt qui operarios conducere noluunt, nisi tali pacto, ut ieiunium solvant; nisi forte sit causa necessaria, quæ festinationem operis pro quo laboratur, exposcat.*

## CAPUT XXII.

*Causa ieiunio excusantes sunt quatuor: impotentia, labor, pietas, & dispensatio.*

**Q**uatuor propositas causas, quæ a ieiunio sepius excusare solent, in quatuor distincta capita tribuemus; quia de singulis plures quaestiuicula discutientes, & resolvenda occurrunt. In presenti de sola impotentia sermonem habebimus. Impotentia duplex est, physica, & moralis: & utraque a ieiunio excusat; cum lex impossibilia non precipiat. Ut, quæ hoc in capite dicturi sumus, facilius capiantur, distinguenda est impotentia a difficultate. Impotentiam eam appellamus quæ vel naturam lipponit reipia delictum viribus ad effectum præstandum, vel effectum præstare nequit nisi cum notabili eiusdem naturæ detrimento. Et hæc impotentia a ieiunio excusat. Difficultas illa dicitur quæ incommodum utique naturæ affert in exercitio ieiunii; sed naturæ non ledit, neque ineptam ad sua munia obœnda reddit. Hinc excusatur infirmus, qui quotidianæ, vel tertianæ febril laborat; sicuti & valetudinarius, ac convalescens; quin non modo a ieiunio, sed etiam ab abstinencia a carnibus immunes sunt. Quando vero dubitatio occurrit, num infirmitas, & debilitas excusent nec ne; medicus consulatur, & a superiore dispensatio pro maiori securitate petatur.

II. *Quæst. I. An qui data opera impotentem se constituunt ad ieiunandum, teneantur ieiunare; & an iste talis, qui intentione expressa vacat iudo, venationi, vel rebus venereis, idest nimio coitu, ut impotens efficiatur ad ieiunandum, peccet contra præceptum ieiunii? Resp.* Noli adversus me commoveri, quod eiusmodi quæstia exponam, sed illis

indignare qui eadem propugnant. Quaestiuicula duas habet partes. Ad primam partem respondeo, impotentem ad ieiunium non teneri lege ieiunii, etiam quando impossibilitas oritur ex propria culpa: quia ad impossibile nemo tenetur, quocumque ex capite impossibilitas illæc proficiatur. Hæc communissima sententia est. Secundam quæstiu partem inter propositas laxas iam sub initium dissertationis recentium cap. 1. §. 2. n. 2. & non modo laxa, sed erronea item videtur, quatenus asserit, nisi quempiam expressa intentione nimio coitu se impotentem efficiere, ne ieiunet, quin peccet contra præceptum ieiunii nec tunc quando apponit tale impedimentum. Quid enim peius ab Ethnicis excogitari posset? Nam qui libere apponit causam, ex qua necessario sequitur ommissio præcepti, seu effectus a præcepto prohibitus, peccat contra illud præceptum. Prava siquidem illa, & expressa intentio, quæ ideo se impotentem quæ efficit ad ieiunium, ut reipia non ieiunet, directe respicit transgressionem præcepti iubentis ieiunium. Respondent, præceptum ieiunii non prohibere iudum, neque venationem, & neque coitum. Quæ hæc responsio non minus inutilis est ac ipsa propositio. Nam verum est, præceptum ieiunii præfata opera absolute non prohibere; sed illa prohibet, quatenus impedimenta sunt ad ieiunandum. Neque plus temporis impendendum in impugnatione opinionis appetitæ, quamque committit, non modo antiqui; sed & recentes fere omnes reiciunt, tamquam improbabilem, & nimium laxam.

III. *Quæst. II. An excusentur a ieiunio qui calefieri, & dormire sine cocca vequeunt, qui habent duo cauteria, quæve vtergimum capitis, vel stomachi delibitatem patiuntur? Resp.* Caluillarum plures inter impotentes ad ieiunandum recentem omnes quos in quaestio descripsimus. Ut prudens, solidaque responsio exhibeatur, in memoriam revocanda est difficultas impotentia, & difficultatis: illa siquidem, non hæc, a ieiunio excusat. Igitur, si ob cocæ privationem ita frigidum corpus remaneret, ut ad formam omnino redderetur inhabile per plures noctes; si periculum infirmitatis immineret, vel prudentiam sufficeret ad solitam calefactionem, & somnum petiendum. Si collatio abundantior sufficiat; cocæ non poterunt. Si quatuor uncie panis aque immisceantur, & per coctionem papparium fiat; ac postea due uncie panis, & duæ

ob-

oblonii comedantur (quæ est refectio a pluribus Caluillis excogitata) incredibile est, corpus se refectum ad somnum, & calefactionem ineptum esse. Ceterum hæc omnia prudentis arbitrio relinquenda sunt. Illud solum semper præ oculis habeatur, impotentiam, non difficultatem, a ieiunio excusare.

IV. *Quid, si, collatione mane sumpta, & prandio in vespertum dilato, ieiunare possint, teneantur ne id præstare, ut præceptum observent? Negant plures recentiores, Elicobarus, Diana, Filiucius, Palqualis, Leander itæ. v. disp. viii. qu. xxx. Sed talem opinionem inter laxas recentiorum cap. 1. Nunc vero, istorum Auctorum rationem expendentes, laxissimam eam appellamus. At namque Leander cum aliis, homines præfato incommodo laborantes posse, si vellet, collationem mane sumere, prandio in cenam commutato, & hac via implere præceptum; sed, cum ius habeant prandendi in meridia, non teneri se tali iure privare. Et illius verba loco laud. *Si vellet, possent collationem mane sumere, & sic ieiunando implere præceptum ieiunii. Sed quia quilibet habet ius ad sumendum principalem refectioem in meridie in diebus ieiuniorum, ergo nullus tenetur, ut ieiunet, hoc iure se privare.* Cur, quælo, ius habeant prandendi in meridia, præcepto ieiunii urgente? Nonne quicque meliori modo quo potest præcepta Ecclesie implere adtingitur? Si Ecclesia tolerat ut fideles qui vel concionari, vel alia gravia negotia peragere debent, possint mane collationem sumere, prandio in vespertum dilato; cur non debeant fideles, ut præcepto Ecclesie obediant, collationem, cum possint, anticipare, & prandium differre? Quis fidelibus tale ius contulit, ut cum ieiunii dispendio in meridie præterire valeant? Non ergo fideles præceptis, sed præcepta fidelium voluntati subiecta sunt? At quid plura congero contra opinionem suam nimia laxitate correntem? Opinio quæ illos excusat a ieiunio qui duo habent cauteria, etiam nimis laxa est, & improbabilis: quoniam delituita est tum extrinseca auctoritate (soli enim Sanctus, & Quintanadvenas, tenentur nisi scire licuit, eam defendunt) tum intrinseca ratione. Enimvero cauteria idcirco ab arte medica prescribuntur, ut natura per eadem, veluti per duos canales, humores superfluos; & nocuos expellere valeat; & hac via firmior, ac robustior efficiatur, & conservetur. Tantum abest, ut illdem debilitetur. Qui stomachi, vel capitis debilitatem patiuntur, si his incommodis succurrere va-*

leant, aliquid panis, vel alterius cibi mane sumendo, tali remedio contenti sint. Si incommoda eiusmodi sint quæ reparari nequeant, nisi ieiunium frangatur; ieiunium frangi potest.

## CAPUT XXIII.

*An Christiani tempore ieiuniorum a re uxoria se abstinere debeant, potissimum si debuit coniugare sine transgressione ieiunii postulare nequeant. Varia quaestiuicula de mulieribus pregnantibus, lactantibus, & virginitatibus, timentibus venustatis formam amittere propter ieiunium, resolvuntur.*

**D**E debito Christianorum abstinendi in ieiunio quadragesimali a re uxoria verba facturus, quæ docent Patres, antiquioresque Theologi in medium adducam, atque cum his quæ iuniores, recentioresque Doctores excogitarunt, conferam. Fatentur omnes tum antiqui, tum recentes, Apostolum Paulum considerare omnibus nuptis continentiam, quando solemnibus precibus, & ieiuniis vacandum est. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi; Grecus textus addit, & ieiunio, ut testatur Cornelius a Lapide I. Cor. vii. Patres, non modo consuliunt, sed etiam iussisse Apostolum nuptis continentiam dicit præcumbere, & ieiuniorum, docere videntur. Recentiores e contrario videntur solvere a ieiunio lege Christianos nuptos, ut commodius rei uxoriae operam dare possint. Sed, ut omnia fiat manifesta, tum Patrum, tum recentiorum textus transcribamur.

II. Reconsentur plura Scripturarum, & Patrum testimonia, quibus indistinctum nuptis abstinencia ab usu matrimonii ieiunii tempore. In primis Iosel cap. 11. inquit: *Sanctificate ieiunium, vocate coetum... egritudine sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.* Deinde Paulus Apostolus I. Cor. vii. & Apostolus Petrus epistol. I. cap. 111. *Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiorum vasculo mulieribus impatiens honorem, tamquam & coheredibus gratis vitæ, ut non impediantur orationes vestre.* Heine sanctus Hieronymus Lib. I. cont. Iov. pag. 15. edit. Rom. *Quandiu implemari officium, non impleo continentis... Petrus Apostolus, experimentum habens coniugium vinculo, vide, quomodo informet Eccle-*

elo-



elapsam, quid doceat Christianos. Similiter viri cohabitantes &c. Ecce eodem sensu, quia eodem & spiritu inspecti dicit orationis officio coniugali.... Si abstinentes non a coitu, honorem tribuimus uxoris; si non abstinentes, periculum est honori contrariam esse continentiam.

III. Sanctus Augustinus serm. ccv. olim lxviii. de diversis, & in Quadragesima I. inquit: Per alios dies adulteria, fornicationes, omneque illicitas corruptelas nolite contingere; per hos autem (Quadragesima) etiam a coniugali abstineat... Tempus quod reddendo coniugali debito occupatur, supplicationibus impendatur. Corpus quod carnalibus affectibus solvatur, puris precibus profrenatur. Manus que amplexibus implicabantur, orationibus extendantur. Hoc enim docet ser. lxxii. de diversis, nunc ccvii. Quapropter, carissimi, a quibuscumque cibis nobis placeat abstineri, memento ut propostum vestrum pia temperantia conservatis, non ut Dei creaturam sacrilego errore damnetis. Quicumque enim efficit coniugalis alligati, nunc maxime apostolica monita nolite contemnere; ut invicem ablineat ad tempus, ut vacetis orationibus: I. Cor. vii. Quod enim & aliis diebus utiliter fit, nimis irrevocandum est, si modo non fiat. Arbitror onerosam non esse debere, aniversaria observatio, solemnibus diebus hoc

facere coniugales quod videtur ex quadam vitæ parte professe sunt, quod tota vita sanctas virginis insistent. Item serm. lxxxiii. nunc ccv. de diversis, sub finem hæc scribit: Effugite cogitatio his diebus & crebrius inveniatis, & vigiliis parcius impendentes, & egenis largitis tribuentes. A coniugali quoque concubitu hi dies postulant continentiam. Item serm. lxxiv. nunc c. vi. Nunc tempus est quo coniugati ab uxoris, & nupte a suis viris abstineant, ut orationibus vacent: quamquam & per totum annum certis diebus hoc facere debeant; & quanto crebrius, tanto utique melius. Item cap. vii. Quadragesima diebus ieiunavit Moyses legis administrator: quadragesima dies Elias excellentissimus Prophetarum: quadragesima ipse Dominus, testimonium habens a lege, & Prophetis.... Nos autem, qui tam longum ieiunium perpetuare non possumus, ut per totos dies, & noctes nihil alimentorum, sicut & illi, accipiamus... Sed nunquid, sicut a cibo, & potu abstinentia per totos dies non potest esse continua; sic & a concubitu non potest? Cum videamus in nomine Christi multos utique, que Jexus ab hac re peritus innotuit membra Deo dicata servare? Puto non esse magnum ut tota paschali solemnitate possit con-

iugum castitas quod potest tota vita virginitas. Similia scribit Augustinus pluribus aliis in locis.

IV. Sanctus Eligius Noviomensis Episcopus comparat concubitum coniugem in Quadragesima cum esu carnum. Inquit enim homil. xvi. Diebus autem Quadragesime vos omnibus modis a coniugali commixtione vestram, sicut docet Christianos, ablineare oportet. Nam, ut quidem sapiens ait, similis reatus est fidei Christiano diebus Quadragesime etiam cum propria uxore concubere, sicut & carnes in cibo sumere. Theodolphus Aurelianensis Episcopus in Capitulari cap. xli. inquit: Abstinentiam est in his sacrificiis diebus a coniugibus, & carne, & potu vitandum, ut sanctificati corde, & corpore ipsi sancti dies transigantur; & sic perveniatur ad diem sanctum Pasche. Quia pene nihil valet ieiunium, quod coniugali opere polluitur. Nicolaus I. Pontifex Iunius in responsis ad consilia Bulgarorum cap. ix. ait: Si enim ex consensu coniugatorum, etiam alio forte tempore, mundo corpore vacatur orationi; quanto potius isto, quo Deo etiam carnis nostre decimas damus, quo ipsum in abstinentia Domini imitatur, quo non solum illicita, verum etiam multa a nobis etiam licita, resecamus, omni est voluptati revocandam; & ut liberet orationi vacetur, castitati mentis & corporis incumbendum? Penitentiale Romanum tit. vii. cap. x. hæc habet: Qui in Quadragesima ante Pascha cognoverit uxorem suam, & voluerit abstineri ab ea, annuntiet uxori, & pœnitentiam accipiat.

V. Profer Fagnanus suo calamo veritate quaerit, num licitum sit feriarum tempore matrimonium consummare? Et auctoritate omnium fere Canonistarum, & antiquorum Theologorum evincit, licitum minime esse temporibus iis quibus vetitum est ab Ecclesia solemnes nuptias celebrare, copulam matrimonialem exercere. Hac paucareferam ex pluribus quæ habet in II. Decr. cap. Capellanus de feris n. II. Similiter quoad copulam carnalem, tametsi Sanchez existimaverit, nullatenus prohibuit esse matrimonium consummare, idemque ante ipsum scribit Navarrus &c.... tamen illorum rationes sunt valde infirmæ... Quare contra prædictos hæc communis Canonistarum fere omnium sententia. Et pluribus allegatis concludit. Ex quibus patet, hæc esse unanimem Canonistarum sententiam, quam etiam tenuerunt ex Theologis Petrus de Paludo in II. Sentent. distict. lxxxii. quest. 1. art. 4. Caietanus in Summa in verb. Matrimonium cap. xli. §. Publico autem loco. S. Antonius in III. Part. tit. 1. cap. xviii.

in fin. Sylvester in verb. Matrim. vii. quest. vii. post dictum §. dub. 9. & alii. Allegat etiam auctoritatem Concilii Toletani, celebrati anno 1473. sub Sixto IV. in titulo, Quod non fiant nuptie, ubi hæc præscribitur: Cum secundum legitimam sanctionem non sit delictum eos in legem delinquere qui verba legis amplecti contra eius ritum voluntatem; & quia tempore quo sacrorum canonum decretis nuptiarum celebratio interdicitur, & carnalis copula prohibetur &c.... Nos contententes, quod sacrorum canonum intentio fuit, non tam Ecclesie solemnitates, & nuptiales benedictiones; quam carnales commixtiones prohibere: consuetudinem huiusmodi divelle cupientes, sacro approbante Concilio, commixtiones prædictas.... prohibemus, statuentes &c. Refert etiam Fagnanus Congregationem Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, que ad dubitationem sibi propositam sic respondet. Sed temporibus comprehensit cap. x. sess. xxv. de reform. morum, nuptiarum solemnitates, traditiones ad dominum, & carnalem copulam prohiberi. Ex Theologis, quos Fagnanus adducit, ut ingenue fatear, S. Antonius non adeo clare loquitur. Nam hæc sunt verba D. Antonii in III. Part. tit. 1. cap. xviii. in fine. Contrabentes nuptias his temporibus prohibitis debent puniri in quo deliquerint, ut scilicet ad tempus separentur; sed, si sit periculum incontinentie, alia pœnitentia imponatur, & in ista disponitur.... Non autem esset mortale exigere talibus temporibus ab uxore prius rite benedicta debiti. Petrus de Paludo. Ita est mortale sic consummare matrimonium tempore tali; tametsi post primam copulam iterum cognoscendo non peccat mortaliter, nisi hoc faceret in contemptum Ecclesie ordinantis.

VI. Thomas Sanchez Lib. IX. de debito coniugali disp. xii. recenlet circa rem hæc quatuor sententias. Prima docet esse culpam letalem petere debitum coniugale diebus sacris, & ieiuniorum: quam opinionem plures Canonistæ defendunt. Secunda allicit esse culpam venialem: & pro hac opinione allegat implet Sanchez omnes fere Canonistas, & antiquiores, gravioreque etiam ex recentioribus Theologis, Magistrum Sententiarum, D. Thomam, Albertum Magnum, Durandum, Paludanum, Gabrielem, Raynerium, Ioannem de Friburgo, Geronem, Carthusianum, Monaldum, D. Antonium, Adrianum, Sylvestrum, Tabienam, Tarrecrematum, Sotum, Viquezium, Margaritam, Matienzum, Goffredum, Ioannem Andream, alioque plures.

Tertia sententia admittit aliquando esse culpam venialem, aliquando consilium esse abstinenti. Quarta sententia, cui adhæreo (concludit Sanchez) licet existimem duas prædictas esse valde probabiles, at solum esse consilium &c.

VII. Patres ergo, Canonistæ fere omnes, & antiquiores Theologi docent, Christianos ieiuniorum tempore minime exercere posse coniugalem copulam. Dubium solummodo est, num sub culpa mortali, aut veniali ab abstineri debeant. Communior, & mirior sententia, cui & ipse adhæreo, est illa que sub culpa tantum veniali debent omniteni copulam matrimonialem præfatis temporibus imponit: & hæc sententiam valde probabilem etiam implet Sanchez reputat.

VIII. Conferas nunc velim cum doctrina Patrum, Theologorum, & Canonistarum, doctrinam plurium recentiorum Casuistarum. Illi non modo defendunt, Christianos non teneri intermittere coitum coniugalem facto ieiuniorum tempore; non modo asserunt, Patrum exhortationes consilii esse, non debiti, sed præcepti; non modo evulgant, Patres per exaggerationem locutos fuisse, & Rhetorum amplificatione utos; non modo hæc omnia excogitant; sed, quod peius est, docent Christianos a lege ieiunii solutos esse, ut debitum matrimoniale perolvere, copulamque sine detrimto exercere valeant: docent, non teneri coniugem hortari precibus, consilio, aliove modo alterum coniugem, ut desistat a petitione debiti, quod ipse sine fractione ieiunii reddere nequit. Quod ne ipsis imponere videar, utar dictam verba Tamarini ex Lib. IV. in Decal. cap. v. §. 7. num. 27. Quod si precibus, aliove modo postset coitus removere alterum a petenda debiti; adhuc tamen non tenerit sui hoc remedium; atque adeo possit non ieiunare, & sic reddere, Ita Thom. Sanchez. Ratio est, quia personalis obligatio reddendi est ex iustitia, non ob obligat, nisi ad reddendum personalem debitum; non vero ad conquidenda, vel ponenda remedia, nec aliter petat. Hæc eandem doctrinam præs docerent Paqualquis, & Leander tract. v. disp. viii. quæ xviii. alique plures.

IX. Viden quantum doctrina quorundam recentiorum a Patrum, a Conciliorum, ab Ecclesie doctrina distet? Non teneri coniugem precibus hortari alterum coniugem, ut se abstineat a petitione illius debiti, quod ipse sine violatione precepti ecclesiastici reddere nequit: neque hoc suavissimo remedio



christiana exhortationis abducere illum a tali petitione tenetur. Poterunt ergo coniugati ad satietatem petere, & reddere cum dispendio ieiunii ecclesiastici? Ithac non christiana Theologia? Patres, & Concilia una voce iubent, christianos coniuges a concubitu matrimoniali abstinere, ut exactius ieiunium observent, ac sanctificent: & laudat iuniores contra docent, coniugatos posse ieiunium ecclesiasticum infringere, ut copulam matrimonialem exequantur. Quid temperantia evangelicæ, quid castitatis christianæ infestus?

X. Obiciunt. Maritus iure naturali divinus, & ex iustitiæ præcepto adstringitur reddere uxori, & uxor marito debitum coniugale, iubente Apostolo: *Uxori vir debitum reddat; similiter autem & uxor viro.* I. Corinth. vii. Præceptum ieiunii humanum, & positivum est. Cedere itaque priori debet obligationi. Ergo omittit ieiunium maritus debet, quous, dum ieiunium servat, ineptus ad perloquendum coniugale debitum efficitur. Resp. Omnes fatentur, coniuges devinctos esse iure naturali divino ad debitum matrimoniale mutuo sibi reddendum. Quid inde? Anne in omni loco, tum publico tum privato, tum sacro tum profano, copulam coniugalem exercere debent? Minime sentium. Tenentur sibi invicem debitum solvere; sed servatis debitis circumstantiis loci, & temporis. Porro tempore ieiuniorum est Deo vacandum, non matrimonio incumbendum. At, iniques, cum duo debita simul solvi nequeunt, illud fulvum debemus quod præcipuum est. Reddere autem debitum coniugale ieiunii observantia prævaleat; nec Ecclesia obligat ad ieiunium, quoties istud impedit exercitium matrimonii. Unde colligis, Ecclesiam te non obligare ad ieiunium, ut copulam matrimonialem exercere valeas? Unde? A Patribus, quos Deus poluit regere, aut docere Ecclesiam suam? Ad ista, ut ieiunium exactius serves, abstinere te a coniugi uli iubent. Unde ergo? A recentioribus Casuistis? Ad ista in conspectu antiquiorum Theologorum, & sanctorum Patrum nullius sunt auctoritatis; nisi ratione evidenti ostendant, antiquos errasse: quod hic minime præstant. Ipsi enim benignissimus Claudus La-Croix *Lib. III. part. II. c. 111. num. 1338.* resolvit, quod, licet coniux reddatur minus potens ad reddendum debitum, non ideo tenentur omittit ieiunium.

XI. Ut quæ subius disputata sunt, in pauci contrahamus, atque maiori, quoad fieri potest, claritate difficillimam questionem re-

solvamus, quæ certa sunt præmittant; deinde quæ mihi probabiliora videbuntur, explicabo. Certum in primis est Patres communiter hortari fideles nuptos, ut tempore ieiuniorum a copula carnali abstinant. Hæc res facti est, omnibus comperta. Certum quoque est tempore quadragesimalis ieiunii, & Adventus solemnem nuptiarum celebrationem Ecclesiam prohibere. Iustus prohibitionis rationem assignat D. Thomas in *IV. distinct. xxxi. quæst. i. artic. 4. quæst. iv. his verbis. Quia, quando novus sponsus traduntur, animus coniugum magis ex ipsa novitate ad carnalem carnalium occupatur: propterea illis temporibus in quibus homines precipue debent se ad spiritualia elevare, prohibetur eis nuptias celebrare. Quare non ideo eiusmodi nuptia prohibentur, quia, dum celebrantur, choreæ, strepitus, aliique profana exerceri solent; neque ipsa sacramenti celebratio, prohibitionis ratio est; sed prohibentur, quia exercitium nuptiarum, seu copula carnalis, nimis mentem hebetat, rationem, sin absorbet, obnubilat, animumque magnopere a rebus divinis abstrahit. Ex quibus manifeste consequitur quod illis temporibus in quibus homo ieiunius, & precibus potissimum vacare adstringitur, copula carnalis intentioni Ecclesiæ adversetur. Illud pariter certissimum est, copulam carnalem inter coniuges, iuxta temperantiam, & castæ sobrietatis leges exerceri debere; neque unum coniugem alterius intemperantiam indulgere teneri. Habenda inter ratio est ætatis; nam frequentior est inter iuvenes quam inter proventus matrimonii usus. Non æque tenetur ad debitum uxor quædraginta, ac sponsa viginti annorum. Utraque debet reddere debet; sed hæc frequentius, illa rarius. Item corporis constitutio in utroque coniuge consideranda est. Si maritus robustus est, & uxor imbecilla, illi petere debet, habito respectu ad coniugis debilem corporis habitudinem; & hæc reddere non adstringitur cum sanitatis detrimento. Delinant ergo non pauci Casuiste exclamare, quod reddere debitum coniugale effectus iustitiæ est, a iure naturali & divino præscriptus: quoniam nemo in contentione hoc adducit. Sed ipsi subdere debent, plura esse quæ iure impediunt eiusmodi debiti solutionem. Nam infirmitas, sanitatis detrimentum, locus publicus, locus sacer absolute impediunt. Quidni ergo & tempus firum? Debilis corporis constitutio, intemperantia excessus, non a toto, sed a frequentiori redditione solvit. His transgredientibus præmissis, quæ mihi tum a severitate,*

tate, tum a laxitate declinare videntur, & quæntibus quasi iunctis exhibebo.

XII. Quæst. I. An coniux reddere debitum tenetur, dum est periculum incontinentiæ in petente; etiamsi reddens impotens existeret ad ieiunii observantiam? Resp. Ad evitandum peccatum incontinentiæ tenetur coniux debitum reddere sub gravi culpa; etiamsi (quod vix contingere potest) frangere ieiunium deberet. Hocque certum est apud omnes, quando periculum incontinentiæ, non ex culpabili intemperantia, sed ex fragilitate ortum ducit.

XIII. Quæst. II. An, quando coniux reddere nequit debitum, nisi ieiunium frangat, tenetur precibus, adhortationibus, aliisque modis abducere alterum coniugem a debiti petitione? Resp. Tenetur omnino: & contraria opinio, ut dictum est, minus est consona castis auribus, & pietati christianæ. Iuxta communem Patrum, & insignium Theologorum doctrinam tenentur coniuges se se invicem excitare ad observantiam continentie coniugalis, ut sanctius ieiunium exequi, & liberius Deo vacare queant: & postea, quando exercitium copulæ coniugalis inferat transgressionem ecclesiastici ieiunii, nullam illis incumbit debitum se se invicem hortandi ad continentiam eo fine ut ieiunium observent? Cum ieiunii dispendio rei uxoriæ navare operam licitum erit; si cum ieiunii observantia id licitum negant Patres?

XIV. Quæst. III. An frequens sit casus in quo coniugati ad debiti redditionem liberentur a lege ieiunii? Resp. Ex diuturna experientia in exercitio ministerii audiendi fidulum confessiones, & ex plurimorum Confessoriorum attestatione, vix ac ne vix quidem contingit ut coniuges liberi sint ab observantia ieiunii ob copulam coniugalem, propter rationem Paludani asserentis in *IV. dist. xv. quæst. iv. Non autem coniugati excusantur pro eo quod indigent alimento pro generatione, sicut iuvenes pro augmento: quia diebus ieiuniorum non debent uti illis actibus: & quia sufficit semel in anno impregnare: & cum ieiunius adhuc plus abundant semine quam sit necesse. Neque vero ob hanc solum Petri de Paludæ rationem, quæ asserit, sufficere semel impregnare; verum etiam quia coniuges vel iuvenes sunt, vel proventi. Si iuvenes, ut ait etiam Ealdanus, abundant ieiunium in ipsa ieiunius, plurimum necesse sit: calida enim & fervens est communiter ætas illa. Quare non modo ieiunium non impedit eos ad debitum reddendum; sed potius*

e contrario ieiunium illi necessarium est, ut concupiscentiam comprimant, & humores abundantes minuunt, ut copulam maritalem exerceant secundum leges castæ sobrietatis. Quid, si maritus eniet adeo effrenus, ut frequentissime peteret, & uxor ieiunando impotens foret ad tam frequentem redditionem? Uxor deberet in primis maritum hortari, ut concupiscentiam suam ieiunius, & aliis afflictionibus maceraret, ut precibus divinis imploreret auxilium, aliisque viis ad niteretur moderari petiones suas ad leges sobrietatis, & iuxta gratiam uxoris constitutionem corporis. Quod si vir, his remediis adhibitis, adhuc frequenter peteret; illius fragilitati, etiam cum ieiunii dispendio, indulgere uxor deberet. Sed casus rarissimus est. Quod si maritus (idem est de uxore) adeo effrenus foret, ut, spreto omnibus remediis, precibus, & consiliis, velle concupiscentiæ suæ habenas laxare, nulli habito respectu vel ad imbecillam constitutionem corporum uxoris, vel ad applicationes eiusdem, vel ad præcepta Ecclesiæ; in hoc eventu sicut uxor non teneretur reddere cum detrimento propria sanitatis, ita neque cum dispendio ieiunii reddere deberet. Et in tali viro periculum incontinentiæ esset ex eius malitia, non ex fragilitate. Maritus haberet sui perendi; sed intra leges sobrietatis, & temperantiam, habito respectu ad sanitatem uxoris, & ad præceptum ieiunii. At Ecclesia mater benigna est: nec obligat ad ieiunium cum tanta severitate. Verissimum est. Liberat te a ieiunii lege, ut fragilitati succurras tui coniugis; sed non te liberat, ut illius contumaci malitia morem geras. Ex quibus omnibus collige, rarissimum esse casum in quo coniugati eximantur a ieiunii lege. Et, quod plus est, neque in mentem venit coniugatorum, de liberis esse a ieiunio, ut copulam exerceant maritalem.

XV. Aliqui Casuiste ex progressi sunt, ut doceant, posse coniuges ieiunium omittit, ut robustiores fiant ad petendum moderate debitum. Sed hæc opinio improbat etiam ab ipso Tamburino; nec maiore indiget impugnatione: quamvis enim debitum sit reddendum, non tamen petendum.

XVI. Quæst. IV. An uxor que ieiunii causa macilenta, & consequenter minus grata marito reddatur, & puella que volens nubere, ieiunium formam perdit venustatis, a ieiunio excusentur? Resp. Pudet me sane eiusmodi quaestio proponere; sed ad hoc me coegerunt recentis Casuiste plures, qui eadem & proponunt,



nunt, & magna contentione versant; atque illorum non pauci resolvunt exulari a ieiunio tum uxores, tum puellas prefatas. Vide Leandrum tract. v. disp. viii. qu. xlix. Et segg. & Tamburinum loc. cit. Verum hæc omnia mera inventa sunt librorum Scripturæ, qui suas omnes speculationes in morum materia scriptis consignare voluerunt. Ex quo profecto maximum damnum consecutum est, scilicet Christianos legentes illorum volumina eas laxitates percipere quas antea ignorabant; & que Auctores speculandi gratia, vel ex occasione cuiusdam rari, & fortissimi eventus scribere, istos pro praxi tunc suscipere. Dico ergo, vix unquam contingere ut vel mulier ratione ieiunii ita macientia efficiatur, ut deformis appareat, vel puella speciositatem amittat; qui ieiunium, ut Ecclesia docet, ad corporis sanitatem, & consequenter ad pulchritudinem confert. Nonna Daniel cum aliis pueris venulior ex ieiunio evasit? Nonne puella ipse & a vino, & a cibo abstinuit, ut candidior, agilioreque efficiatur? Ieiunium (inquit alicubi Augustinus) non corpore nimis impingunt. Si qua mulieres ieiunantes deformes fierent, ad non ex ieiunio, sed ex peccatis infirmitate eveniret. Numquam ergo puellæ lana nubere volentes exculantur a ieiunio pretextu venulitatis amittendæ; neque nuptæ pretextu placendi maritis.

XVII. Quæst. V. An uxores pregnantes, & lactantes excusentur a ieiunio? Resp. Non modo recentiores, sed etiam antiqui Theologi communiter pregnantes, & lactantes mulieres a ieiunio exulari avertunt. Sanctus Antonius II. Part. tit. vi. cap. 11. §. 6. inquit. Quimo pregnantes, & lactantes, si debilitas impediatur eas, vel si ex hoc timore de periculo earum, aut abortus, vel defectus alimentis pueri, excusantur a ieiunio, immo debent dimittere ieiunium. D. Bernardinus Senensis serm. v. in dia. cin. artic. 3. addit: Insuper solent pregnantes habere desideria inordinata diversorum ciborum, & quandoque ita intensa, quod, nisi aliquo modo possint satisfacere appetitui suo, esset periculum fetus. Ideo in simili casu possunt etiam carere comedere. Quid, si pregnantes adeo valide, & robuste forent, ut absque periculo fetus, & proprio detrimento possent ieiunium servare? Quando hæc evidenter, evidenter tamen morali, consentirent, illas non excusarem: tamen si eas aliqui Casuisti adhuc excusent. Quid, si maritus prohibeat ne uxore ieiunet? Resp. Absolute uxore

non tenebitur obedire marito: quia debitum obediendi Ecclesie antecedit debitum obediendi marito in his que simul componi queant: tamen ob graves ritus, & magna scandala vitanda posset ad tempus omittente ieiunium. Verum & eadem hunc rationum iudicio, Quoniam, si maritus rationabiliter iubet, mulier parere debet. In dubio etiam mariti vere christiani iudicio laxa debet; nisi oppositum evidenter sibi constet. Si postea maritus absque ulla rationabili causa, sed ex sua mera iniquitate iuberet transgressionem ieiunii; in hoc eventu scandalum foret pharisaicum, quod mulier evitare non teneat: multo minus, si in mari- to deprehenderet animum contemnendi præcepta Ecclesie: tunc enim absolute ad ieiunium adiringeretur. Hæc omnia docent Petrus de Palade, & D. Antonius II. Part. tit. vi. cap. 11. §. 6. De uxoris dicit ieiunia quod, quamvis debeant dimittere ieiunia quæ habent ex voto prohibentibus ieiunia, quæst. v. non tamen ieiunium Ecclesie. Sed forte propter scandalum vitandum potest sacerdos dispensare cum tali. . . . Sed Petrus de Palade in V. dicit, quod hoc videtur esse scandalum pharisaicum; & per consequens contemnendum, si non vult vir uxorem ieiunare.

XVIII. Quæst. VI. Quid de femina viro heretico nupta? Resp. ad evitanda dissidia gravia posset aliquando intermittere ieiunium; dummodo tamen maritus non iuberet omittere observantiam ieiunii in contemptum Ecclesie. Secus dicendum committeret et de viro uxoris hæreticæ: quia vir absolute caput est maritis, & in illam dominatur; illamque facilius ad suum vivendi modum perducit.

## CAPUT XXIV.

De labora, a ieiunio excusante. Plures questionum resolvuntur.

I. Certum est quemcumque laborem corporalem a ieiunio non excusare; quem admodum asserunt plures recentiores Casuisti, quorum opinionem damnavit Alexander VII. his verbis. Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione ieiunii; nec debent se certificare, an labor sit incompatibilis cum ieiunio? Ex hac propositione qui deuter constat plures esse in Republica corporaliter laborant, & ad ieiunium nihilominus tenentur. Antequam ultra progre-

gredior, lubet recensere, quoddam vivæ vocis oraculum Eugenii IV. quod sub anno 1240. evulgatum referunt in compendio multisiorum Fratrum Minorum his verbis. Idem Eugenius declaravit, quod artifices laboriosos artes exercentes, & rustici, sive divites, sive pauperes non tenentur ieiunare sub præcepto peccati mortalis. Et quod absolvi possunt, & induci ad elemosinas, & alia bona opera faciendâ. Hoc oraculum, quod vivæ vocis dicitur, primum putamque commentum esse, plurima fluant. In primis D. Antonius, qui hoc tempore scribebat, istius oraculi oralis non meminit. Quid quod oppositum aperte docet? ut infra videbimus. Deinde contradictiones, & ambigui sentus, quos continet, illius salubritatem produnt. Quid, quæstio, sive pauperes, non tenentur ieiunare sub præcepto peccati mortalis? Tenentur ne sub peccati venialis pena? Quanam est hæc declarationis forma? Sub præcepto peccati mortalis. Sed ultra pergamus. Et quod absolvi possunt, & induci ad elemosinas. Si liberi sunt a ieiunio; cur absolvi, cur ad elemosinas, cur ad alia bona opera peragenda inducendi sunt, ut ieiunii observantiam compentent? Si excusantur a ieiunio, quia indigent absolute? Hæc omnia redolent facultatem præfati oraculi, qui abundantur non pauci recentiores, etiam in ampliori significatu, ut iam ostendimus iam.

II. Quæst. I. Quinam laborantes, seu artifices excusantur a ieiunio? Resp. Quia certum est, ut ex recitata propositione ab Alexandro VII. prescripta constat, non omnes artifices solutos esse a lege ieiunii; idcirco declarandum est, quinam respici excusentur, & qui teneantur. In primis excusantur omnes illi qui exercent artes vere laboriosas. Huiusmodi vero sunt agricole, fabri ferrarii, lignarii, lapidicinæ, cemenarii, figuli, textores, fullones, lanarii, balthi, amigæ, deinde alii similes, qui exercent artes laboriosas.

III. Quæst. II. An præfati artifices, qui ita absolvi sunt, ut absque gravi incommodo ieiunare valeant, habeantque cibum ad ieiunium opportunum, teneantur ieiunare? Resp. Negant illos teneri Leander, & Pasqualis quia, inquit, sic declaravit Eugenius IV. sed teneri non prohibuit adfirmamus. Artes laboriosæ exculant, quia communiter tales artes exercentes ieiunare nequeunt; at, data hypothesei quod reperitur persona ita robusta, ut absque in-

Conc. Theol. Tom. V.

commodo notabili ieiunare possint qua ratione extimi debent a ieiunio? Oraculum Eugenii iam dictum esse apocryphum: quod confirmabitur num. sequenti. Nostram sententiam docet S. Antonius II. Part. tit. vi. cap. 11. §. 6. Multum laborantes, quibus imminet necessitas multum laborandi, si non possunt ieiunium observare, excusantur. Alias si possunt utramque facere commode, tenentur ieiunare.

IV. Quæst. III. An divites qui exercent artes laboriosas, non ex indigentia, sed solum maiore lucri acquirendi gratia, a ieiunio excusentur? Resp. Excusari defendunt Leander tract. v. disp. viii. quæst. lxxxiii. Pasqualis, Fillicius, Trullench, aliique: & allegant oraculum Eugenii IV. declarantis artifices, tum divites, tum pauperes a ieiunio lege solutos. Contrariam opinionem conceptis verbis docet D. Thomas 2. 2. qu. xxvii. art. 4. ad 3. Si operis labor commode differri possit, aut dimitti aliquid detrimenti corporalis falsis, & exterioris status qui requiritur ad conservationem corporalis, vel spiritalis vite, non sunt propter hoc Ecclesie ieiunia pretermittenda. Similia habet in IV. dist. xv. quæst. 111. art. 2. quæstione. 4. ad 3. D. Antonius idem assertit II. Part. tit. vi. cap. 11. §. 6. Si possint differre. . . . aut subtrahere, vel diminuire laborem, ita ut possint ieiunare; & ex hoc non incurrent detrimentum sui status; tenentur a ieiunio. Hanc eandem sententiam propugnant Gabriel, Durandus, Armilla. Hinc colliges argumentum alius salubritatis oraculi Eugenii IV. si verum namque fuisset, D. Antonius Auctor sychnonis oppositum non est, docuisset. E contrario verisimile non est, Eugenium sententiam evulgasse, Sanctorum, & illius temporis Theologorum doctrinæ adversam. Illud ergo solum lucrum quod necessarium est ad propriam sustentationem, vel ad alendam familiam, existat a ieiunio, secus acquiretio maioris lucri non necessarii. Qui vero eximuntur laboris causa a ieiunio, illis diebus quibus non laborant, ad ieiunium tenentur, nisi debilitas peculiaris eos excuset.

V. Quæst. IV. An futores, sartores, piscatores, barbitonfores, sculptores, argentarii, pistores, molitores, furnarii, coqui, similesque ad ieiunium tenentur? Resp. Adfirmant plures recentiores præfatos artifices omnes a ieiunio solutos esse, quia, inquit, Leander loco citato, Eugenius IV. excusatos declarat omnes artifices; quod saluberrimum est. Oraculum enim contentum Eugeni-



nii excipit solos artifices exercentes artes laboriosas; quin nec illos excipit; sed absolvi posse declarat, & ad alia pia opera induci. Quare opinio Leandri, aliorumque plurimum Casuarium damnata est ab Alexandro VII.

VI. Dico itaque, recentissimas artes non esse absolute laboriosas, sed ad summum aliquas illarum dubie tantum laboriosas esse. Quare futores, sartores, pictores, & barbitones ad ieiunium nullo modo excusantur per se, & absolute, ut docet Iacovus Vincentius Ferrerius *serm. 1. de ieiunio ser. v. ciner.* his verbis: *Sutores autem, & sartores, notarii, & similes, qui sedendo faciunt opera sua, non excusantur a ieiunio.* Etique penes antiquos, & graves Theologos sententia communis. Si aliquis debilis esset constitutionis, & necessitatem habere exercendi artem, ut se, familiamque aleret, neque posset cum arte labore ieiunii observantiam componere, a ieiunio excusaretur, non ratione artis, sed ob peculiarem sui corporis habitum. Ceteri artifices, pingentes, molitores, furnarii, sculptores, argentarii, & coqui, quorum artes aliquando, attenta personarum qualitate, inter laboriosas collocari possunt, aliquando non absolute, & per se non excusantur. Sed, quia non omnes aequè fortes, & robusti sunt; licet non magna brachiorum contentione, nec nimia corporis defatigatione artes suas exercent: propterea arbitrio Superioris, vel Confessarii prudentis exempti a ieiunio plures declarari valent pro temporum & personarum varietate. Et in hac materia cum artificibus, qui ob necessitatem alende familie laborant, benignus & facilis sit Superior, sive Confessarius. Non excusantur famuli, & famule nentes, & filia ducentes, nec incidentes corium pro calcis, nec coqui Religiosorum; quicquid fabuletur Pasqualis *discip. cxxvii.*

VII. Typographi qui torcular, & preloium tractant, excusantur; secus compositores characterum: licet absque ullo fundamento oppositum doceat Leander *quæst. lxxxviii.* cum aliis recentioribus. Qui torcular tractant, naute tota die remigant, vel alia navis exercitia peragentes, mercenarii, seu qui merces per urbem deferunt, a ieiunio excusantur, quoties per totum diem artes similes laboriosas exercent: si enim per paucas horas laborarent, non eximerentur. Quamobrem communiter iudicium Confessarii, vel Superioris necessarium est, qui in praxi delectaret, hunc ad ieiunium teneri, secus al-

terum. Procuratores, advocati, iudices, musici, cantores, consiliiarii ceterique similes ad ieiunium absolute tenentur. Oppositum docet Leander *quæst. cxxii.* & sequentibus cum aliis recentioribus: quorum opiniones si veræ forent, vix essent Christiani ieiuniorum observantia subiecti. Quoniam non solum Leander cum aliis sui similibus excusatur praefatos artium liberalium professores a ieiunio, sed insuper docet, Cathedralicos legentes cum magno plausu a ieiunio solutos esse. Adde, inquit *quæst. cxxviii. idem affirmandam esse de legentibus unam aut alteram lectionem orationis, aut oppositionis causam.* Duo laxissima in hac propositione continentur. Primum, quod una aut altera lectio, quæ opus potissimum intellectuale est, afferat laborem liberantem a ieiunio. Secundum, quod labor, offensionis, & contradiendi prurigne libere susceptus, a ieiunio excuset. Nimis prolixus essem, si recensere vellem omnes cuiusque status, & professionis personas, quas a ieiunio eximit Leander cum Pasqualigo, aliique *tract. v. disp. viii. quæst. cxvi. & seq.* Indicare sufficit, praefatos Auctores declarare solutos a lege ieiunii, variis distinctionibus adiectis, Lectores Theologiae, iuris civilis canonici, Medicinae, Philologiae, Lectores presidentes disputationibus publicis, legentes quatuor lectiones Grammaticae, scholares per totum diem studentes, scribas, notarios, primos, & adde viros sexagenarios, feminas quinquagenarias, coniugatos, & exercentes artes vere laboriosas, iter agentes, equitantes. Quid plura? Querit Leander, an labor ingenii excuset a ieiunio? Et respondet *quæst. cxxviii.* laborem ingenii magnum eximere a lege ieiunii. Et, cum nullus fore sit qui ingenium valde non exercet; se omnes ferè a lege ieiunii soluti erunt iuxta Leanderum, & aliquos recentiores. Sed tractat longius in his laxitatibus confutandis immorari. Solum in otio diffusentes ieiunabunt? Nonne omnes in sudore vultus comedere panem debent? Et nihilominus ieiunia Deus & Ecclesia imponunt hominibus laborantibus.

VIII. *Quæst. V. An iter pedestre agentes excusentur a ieiunio?* Respond. Quia iter pedestre necessarium insitruant, si longum sit, & per integrum diem, communitur excusantur; secus, si iter liberum sit, & differri possit in aliud tempus. Sic docent D. Thomas, Antonius, Paludanus, Sylvester, & ceteri omnes antiqui. Non ergo iter bre-

excus

excusatur. Habenda tamen ratio est viæ ardua, & lutoſa, quæ multum debilitat itinerantem.

IX. *Quæst. IV. An equitantes a ieiunio liberentur?* Resp. Absolute eos excusatos esse, affirmant Leander *quæst. c.* Diana, Ortiz, & alii. Sed hæc opinio damnata est ab Alexandro VII. his verbis: *Excusantur absolute a precepto ieiunii omnes illi qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiam si iter necessarium non sit, & etiam iter unius diei consistat.* Divus Vincentius Ferrerius *serm. 1. ser. v. ciner.* a ieiunio excusatur itinerantes pedestres propter necessitatem. *Equitantes autem* (inquit) *non excusantur.* *Equus vel mula poterit curare, sed non vos sine peccato.* Cariores pedestres, quorum usus necessarius est dominis, si non possunt iter agere cum ieiunio, excusantur, inquit sanctus Antonius loco sæpius laudato. Potiori iure ad ieiunium tenentur qui cibus, curra, vel leſtica iter agunt. Milites sive in castris, sive in munitionibus communitur a ieiunio eximuntur, tum ob magnos labores, tum quia sitis horis nec possunt comedere, nec habent cibum congruum pro ieiunio. De labore a ieiunio excusante, quæ nobis probabiliora visa sunt, docuimus in communi, & etiam singillatim. Verum tot in praxi occurrunt circumstantiæ, ut nequeat regula constans, & certa assignari; sed frequenter iudicium Superioris, vel Confessarii necessarium est. Ex regulis vero præscriptis facillimum poterit Superior, vel Confessarius ad extremis severitatis, & laxitatis declinare, & solvere, aut ligare iuxta temporum, & personarum diversitatem.

## CAPUT XXV.

De iis qui ratione pietatis a ieiunio excusantur. *Aliquæ difficultates explicantur.*

I. Tertia causa, quæ non raro a ieiunio excusatur, est pietas. Illi enim qui opera misericordiarum, pietatis, religionis exercere debent, vel solent, & nequeunt simul cum præfatis operibus ieiunare, possunt ieiunium omittre. Siquidem, quando ieiunii preceptum impedit id quod evidenter maius bonum est, non obligat. Idque communitur omnes affirmant. In hoc solum differunt, quod aliqui velint tunc solum operari pietatis a ieiunio excusare, quando ex

officio; vel obedientia exercentur; secus, cum libere, & ex arbitrio peraguntur. Ego vero censent, operari pietatis, caritatis, & misericordiarum, sive spiritualia, sive corporalia a ieiunio excusare, quoties cum ieiunio coniungi non possunt, sive ex officio, & obedientia, sive ex propria voluntate fiant; dummodo in fraudem ieiunii non peragantur. Quare si quis idcirco præfata opera aggrediretur, ut a ieiunio liber foret, iſte violaret preceptum ieiunii. In hanc sententiam propendit D. Thomas in IV. dist. xv. *quæst. lxxi. art. 1. quæstionem 2. ad 3. Si enim sit tanta abstinentia, quod homo ab operibus virtutibus impediatur, quantum ad ea de necessitate non tenetur; multo magis est ieiunium, nisi non sit illicitum.* Hoc tamen verum est, quod nonismodi opera differri nequeunt; & sunt evidenter maius bonum quam ieiunium. Tunc autem constat de maiori bonitate, quando manifesta est proximi nostri indigentia, quæ nostram caritatem, pietatem, & religionem sublevari opus habet. Heinc excusantur qui per totam noctem vigiliant, & laborantes infirmis operam ferunt, & qui in hospitalibus, vel Monasteriis iisdem infirmis assunt, quando simul ieiunare non possunt.

II. *Quæst. I. An peregrinatio voluntaria excuset a ieiunio, quod cum eadem simul coniungi nequit?* Resp. S. Thomas 2. 2. *quæst. clxxvi. art. 2. ad 3.* huic quæſito respondet his verbis: *Ad tertium dicendum, quod circa peregrinos, & operarios, distinguendum videtur. Quia si peregrinatio, & operis labor commode differri possit, aut dimitti absque detrimento corporalis salutis, & exterioris status, qui requiritur ad conservationem corporalis vel spiritualis vite, non sunt propter hoc Ecclesie ieiunia prætermittenda. Si autem imminuat necessitas statim peregrinandi, & magnas dietas faciendi, vel etiam multum laborandi vel propter conservationem vite corporalis, vel propter aliquid necessarium ad vitam spirituales, & simul cum hoc non possit ieiunia Ecclesie observari; non obligat homo ad ieiunandum; quia non videtur fuisse intentio Ecclesie statuentis ieiunia, ut per hoc impediatur alia pietas, & magis necessaria causam. Similia habet Angelicus in IV. dist. xv. *quæst. lxxi. art. 2. quæſtionem 4. ad 1. Si autem peregrinatio commode differri non potest, vel quia tempus ieiunii hominem in via preoccupat, vel quia dies fastus alicui imminet, ad quem ex devotione homo peregrare cupit.... potest cum dispensatione Superioris, omnia prædicta perſentiri, pe-**

N 2

cxi-



regiminet, & ieiunium solvere. Hoc tamen intelligitur de his qui labore vitæ suæ affliguntur, quod simul cum ieiunio timeri non possunt. Adeo clara, & decretoria est D. Thomæ doctrina, ut superfluum sit fufius eam explicare.

III. Ex hac sancti Thomæ doctrina colligas velim, quam adversa sit sanctorum menti, & quam laxa opinio Palqualigii, & aliorum recentiorum, asserentium licitum esse assumere non modo peregrinationem religionis, & piam, fed etiam opera illicita, nempe nimium (erubescit atramentum ipsum) cum meretricibus coitum, ebrietatem, & id genus similia evitanda. Sancti Doctores negant, licitum esse religionis ergo fulcipere peregrinationem non necessariam, vel que differri possit, quando prævidetur ieiunii transgressio; hi vero novi Doctores effusiunt, assumi mediè illicita posse cum expressa intentione non ieiunandi, quin peccetur contra preceptum ieiunii. Hanc opinionem inter laxissimas recentium supra cap. 1. num. 17. Sed fufius loco.

IV. Quæst. II. An qui feria quinta hebdomadæ sanctæ, vel feria sexta disciplina se se publice flagellant, excusentur a ieiunio, quod cum eadem disciplina componi nequit? Resp. Salmanticenses tractat. xxxii. cap. 11. punct. 7. §. 3. num. 146. probabiliorum esse opinionem illam asserunt que docet, præfatam disciplinam, potissimum eo modo quo fit in Hispania, exculare a ieiunio: quia, inquit, est actus pietatis, penitentia, & religionis. Deinde addunt, ieiunium institutum fuisse ab Ecclesia ad corpora castiganda, & passiones rebelles compedendas. Publica autem flagellatio plus macerat corpus, & passiones libit quam plura ieiunia. Ergo hæc omnia valent, quando ob publicam macerationem feruari nequeunt. Quam iniuriam, quamve inepta sint eiusmodi argumenta, nemo non videt. Quoniam non solum considerandum est ieiunio, quod corpus, & sensus maceret; sed præcipue est attendendum, quod præcipitur ab Ecclesia, & quod præter corporis afflictionem, sensuumque refrenationem, se cum asserat obsequium, & obedientiam quam fidelis præstare debet matri sue Ecclesie. Non modo publica, sed etiam privata flagellatio plus corpus macerare valet quam ieiunium. Licetum ne propterea erit cuique dolum percutere, etiam ulquo ad effusionem sanguinis, & ventrem contra præcepta Ecclesie implere? Non modo hæc publica flagellatio cum ieiunii dispensando non edificat proximum, non confundit hæreticos, non

promovet Ecclesie decorem; sed contra tum prudentes Catholici, tum invidi hæretici commoventur, dum vident Ecclesie præcepta violari ob voluntarium corporis carnificationem. Quare hic apposite usurpari potest illud: *Melior est obedientia quam celsitudo.* His paucis contrita remanent argumenta producta.

V. Quæst. III. An licitum sit ieiunium obligans sub mortali solvere ob hospitium suscipiendum? Resp. Palqualigus deest, 350. ex laxitatis processit, ut docerent licitum esse solvere ieiunium, quoties suscipitur hospes, maxime si sit nobilis, vel Princeps: quia, inquit, si non parares cenam, hospes putaret te cenæ expensas agere ferre; si cenam parares, & accumbis, sed non comedis, aut parum comedis, licet obrudas obligationem ieiunii, id tibi ad importunam correptionem imputabitur. Quare non modo hospitium tantum beneficio tibi non devinceres, sed potius male de illo mereretur. Hanc Palqualigi opinionem inter laxas recentissimas cap. 1. num. 17. Inutile Leander tract. v. disp. viii. quæst. cl. laudat pro hac sententia Azorium, & Trullench. Quoniam hi Auctores solum docent, quod in casu quo amicus, vel hospes ob suam aliquam infirmitatem, vel ignorantiam, nollet manducare, vel cenare, erronea conscientia deceptus, quod peccaret comedendo, essetque periculum vitæ, vel gravis damni, tum solum, ut primi damno consuleret, posset spiritu caritatis comedere eo sine, ut amicum, vel hospitem infirmum ad comedendum induceret: quemadmodum patet exemplo sancti Spiritidionis, quod profert Azorium. Ceterum quod utilitatis ieiunium frangere possit ob vanos illos respectus, & mundanum timorem, aliaque futilia commenta, que obrudit citatus Auctor, a veritate, & a Christianæ religionis sensu omnino abludivit. Quandoquidem aut hospes catholicus est, aut non. Si est catholicus, dum audit hospitem suum ieiunii lege teneri, nihil eorum que comminictur Palqualigus, potest rationabiliter suspicari. Si hæreticus est, utique observatorem ieiunii deridebit; sed non ob id delenda est ieiunii observantia. Denique, vice hæreticus sit, sive catholicus, non potest ob vanas suspiciones, & iniustas derisiones ieiunii preceptum violari.

VI. Quæst. IV. An Concionatores, Confessarii, alique, qui doctorem, vel magistratum officium exercent, sint a ieiunio excusati? Resp. Antequam Theologorum opiniones, mentemque sententiam promò, id considerandum

oblicio quod de semetipso scriptum reliquit Concionator magister D. Paulus Apollonius I. Cor. ix. *Casigo corpus meum, & in servitute redigo, ne forte, cum aliis predicaverim, ipse reprobus efficiar*: ubi D. Thomas in commentariis hæc scribit: *Ergo implet factio quod docet verbo, ne se damnet ore proprio.* Laudat deinde Augustinum dicentem: *Suo nomine nos terruit. Apostolus: quid enim faciet agnus, ubi artes timet & tremet?* His vestigiis inlitterent omnes sancti Concionatores. Plus corpus, ieiuniumque afflictione, atque interiori virtutum exercitio quam vocis sonitu auditores commovebant; plus exemplo quam verbo docebant. Hæc exempla imitentur oportet nostri temporis Concionatores, ut parem verbi divini fructum assequi valeant: vix namque illis, si quod verbis edificare satagunt, moribus destruant.

VII. Dicò itaque primum, Concionatores non posse ob predicationis quadragesimalis officium carnes comedere. De hac abstinence nec Theologi, nec Casuistæ, quos ego legi, verbum ullum faciunt: quoniam fortaliter ut certum supponunt, id non licere. Et in primis constitutiones sacrorum Ordinum committunt statutum, ut Concionatores qui cibis quadragesimalibus vesci nequeunt, concionari desistant in Quadragesima. Constitutiones Ordinis Predicatorum apud Fontanam titulo de Predicatoribus ita decernunt. *Concionatores qui tempore Quadragesimæ a carnibus abstinere non valent, per Quadragesimam ad populum concionari non possunt, ne plus tanto scandalo offendant, quam verbis adficient.* Constitutiones Societatis Iesu Tom. II. pag. 124. ubi, editi. hæc statuant: *Qui cibis quadragesimalibus vesci non possunt, hi propter abstinentiam proximis extra domos nostras concionantur ne mittantur.* Aliarum constitutionum textus recensere omitto, quia exemplaria ad manus non habeo. Sed omnes quas me legisse memini, carnium elum ventant Concionatoribus tempore Quadragesimæ. Et merito. Quia enim efficacitate luadere abstinentiam, ieiunium, penitentiam, aliaque corporis afflictiones valent Concionatores illi qui, cum ratione & status religionis, & ministerii apostolici, severiori vivendi instituto sint adstricti, lauitias, & selectiores epulas conlectantur? Et tamen (heu tempora perditissima!) Concionatores nonnulli singulis diebus, vel iplo veneris die, carnibus in Quadragesima vescuntur. Mirum ergo esse non debet, si nullam divini amoris sententiam in peccatorum cor-

dis accendant. Extincto enim in ipsis cælesti igne, & carnis spiritus prævalente, sermone illorum ad aures cordis non pertingit. Carnes, inquis, comedo, quia magna notus corporis agitatione, ac laterum vi, & resonante voce concionem recito. Quapropter vires corporis nimium debilitantur, multique consumuntur spiritus. Exculationes istæ carnales sunt. Quid quod omnes e. g. concionatores Cappucini sine carnium esu, non modo magna corporis contentione, sed & spiritus fervore singulis diebus in Quadragesima concionantur? Nonne homines isti æque ac tu? Cur illi, quamquam aliis severioribus constitutionibus extenuati, valent quotidie concionari solis cibis quadragesimalibus nutriti, tu vero id nequis? Cur? Non certe ex impotentia, quam illorum experientia evincit esse committentiam. Unde ergo in te tanta temeritas? Unde tanta mollietas? Tumet originem perquirito: ego enim eam reterege nolo. Id solummodo addo, rationem vivendi quorundam Concionatorum nimium laxam in causa esse cor pauci peccatores penitentiam viam arripiant. Quid si quandoque etiam Concionatorum aliqui qui laxè vivunt, fructus penitentia in suis auditoribus pariunt; id divine misericordie tribuendum est, quæ luto, & luto interdum vitur, ut carorum oculos aperiat. Per se, & absolute Jesus accidit. Quia sicut Sacerdos, sic & populus. Quod si cepto concionatione cursu in ipsa Quadragesima vel vocis defectio, vel virium imbecillitas contigerit; poterit Concionator dispensationem a superiore impetrare carnes comedendi.

VIII. Dico deinceps, Concionatores qui singulis diebus conciones ad populum habent, si ieiunare nequeant, dispensationem a superiore impetrare debere solvendi ieiunium: quam dispensationem facillime impetiri potest superior. Iusta enim adest ratio dispensandi, quia Theologi communiter docent, præfatos concionatores a ieiunii lege liberos esse. Sed ego asserere non audeo officium ipsum concionandi a ieiunio exculare: cum potius e contrario sanctitas talis ministerii & severam ieiunii observantiam, & precum fervorem, & alia penitentia tum internæ, tum externæ operæ exposcat, ut Patres docent, & sancti Concionatores omnes reipia præstiterunt. Quare Concionatores qui ieiunare possunt, ad ieiunium teneri puto. Qui certo impotentes sunt, vel qui dubitant de sua impotentia, a superiore ieiunii dispensationem, vel



commutationem obtineant. Sub initium maximum ministris dispensatio facile tribuenda est.

IX. Dico tertio, nimis laxam esse opinionem Thomæ Sanchez, qui *Lib. V. consil. cap. 1. dub. 13. num. 6.* excusat a ieiunio eos qui ter, vel quater in hebdomada concionantur: quoniam debent conservare vires pro aliis futuris Quadragesimis. Concionatores, inquit, qui in quadragesima concionantur ter, vel quater in hebdomada, communiter & regulariter excusantur, ita ut nullodie Quadragesime tenentur ieiunare; & hoc maxime, si cum fervore concionentur... quia hoc videtur requiritur ad robur necessarium ad bene, & fructuose concionandum: quia, ut viri docti dicunt, qui debet officium exercere, non tantum debet attendere, an possit in hac Quadragesima, vel in hac die simul ieiunare, & predicare, sed etiam ut conservent vires, & possit plures dies, & Quadragesimas predicare. Sic docti iuniores. Hanc opinionem inter propositiones nimium laxas recensit *cap. 1. num. 18.* Ex ea enim sequitur, etiam artifices qui ter in hebdomada artes laboriosas exercent, in nullo die ad ieiunium Quadragesime teneri: quod quam fit absurdum, per se patet. Neque his diebus quibus Concionatores non exercent ministerium concionandi, ieiunare debent: Quia tribus in hebdomada diebus predicant, alius quatuor diebus ieiunium solvere poterunt? Cur? Quia docti iuniores docent conservandas vires esse pro futuris Quadragesimis. Quia hoc videtur requiritur ad robur necessarium ad bene, & fructuose concionandum. Pape! Fructus evangelicæ prædicationis non ex corporis maceratione, nec ex precum fervore; sed ex robore plei ventris, ex pinguedine terræ? Quid Hieronymus ad Nepotianum *Lib. II. epist. famul. epist. XI.* clamat. *Non confundant opera tua sermonum tuum; ne, cum in Ecclesia loqueris, tacitis quilibet respondeat: Cur ergo hæc quæ dicis, ipse non facit? Delicatus magister es qui plenum ventre de ieiunio disputat. Accusare a plenum & latro potest.* Revera prævata opinio apostolice ministerium, quod divina gratia potissimum innotuit, derelictum, & sibiis exponit; atque Concionatores ipsos ad nimias provocat lassitates. His similibus Caluillarum opinionibus decepti Concionatores quidam in villis, & pagis ter in hebdomada ministerium exercent, & cum maximo populorum scandalo in nullo Quadragesime die ieiunant. Et, quod ultimum malorum est, in tanta opinionum pravitate educati, non modo ieiunia, sed frequentissime sacrosanctum Missæ sacrificium, & interdum divinum officium recitare negligunt. Et hi potissimum sunt qui

ideo conciones ad populum habent, ut stipendium assequantur temporale, atque auram, clamoremque popularem capient: contra quos hæc scribit Hieronymus in laudata epistola. *Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscipitur. Lacryme auditorum laudes tue sine, sermo Presbyteri Scripturarum lectione conditus sit. Nolo te declamatorum esse, & rabulam, garrulunque sine ratione; sed mysteriorum peritum, & sacramentorum Dei tui eruditissimum. Verba volvere, & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indolorum hominum est... Nihil tam facile quam vitem plebeculam, & indoctam concionem linguæ volubilitate decipere, quæ, quidquid non intelligit, plus miratur. Sed hæc obiter & per transennam dicta sunt.*

X. Dico quarto, Confessarios, Magistros, Lectoresque ieiunias docentes nullo modo a ieiunio excusari. Quia eiusmodi officia sunt mentis potius quam corporis partus; seu ipsis plus mens quam corpus defatigat. Porro ad mentis exercitia peragenda ieiunia conferunt potius quam nocent. Non negaverim tamen, secus aliquando contingere. Idcirco arbitrio prudentis id relinquendum est. Quando enim munera spiritualia, quæ animarum profectum promouent, exerceri non possunt cum ieiunii observantia; ieiunia omittenda esse nemo negaverit. Si enim labor corporalis sufficiens causa sæpe est ad ieiunium excusator, quanto magis explet aliqd ad salutem æternam necessarium, vel ad vitam spirituale ordinatum? id solum dicimus, laborem hunc mentalem iuante natura non excusare, quemadmodum & magistris Grammaticæ, qui plures lectiones, & per plures horas docent, a ieiunio non excusantur ullo modo. Si vero in aliquibus publicis disputationibus ob peculiarem mentis attentionem, & studium inolitum aliquis virium debilitatem experiretur; dispensationem a ieiunio impetret, quam superior facillime, & iuste in similibus casibus concedere potest, & debet.

## CAPUT XXVI.

De dispensatione, quæ ab ieiunii observantia liberat. Quoniam possunt hæc dispensationem concedere.

I. Quarta causa, quæ ab observantia ieiunii exolvit, est dispensatio; quæ communiter definitur foret his verbis:

Est

Est iuris alicuius relaxatio ab eo qui legitimam habet potestatem, facta. De natura, & causis dispensationis suo loco pro dignitate tractabuntur. In præsentia brevissime dico, dispensationem iustam a ieiunio excusare: id quæ omnes fatentur. Quinam poro it sint quæ hanc dispensationem impartire valeant, paucis declarabimus.

II. Pontifex summus in universam Ecclesiam potestatem habet dispensandi a ieiunii lege, quæ humana est, quatenus determinata ieiunia, & dies, quibus ieiunandum sit, præscribit. Si Pontifex abique iusta causa dispensare a lege, culpam committeret, maiorem, vel minorem, prout maioris aut minoris momenti esset lex a qua eximeret. Id, quæ magni ponderis est ieiunii lex, qui divinam quandam sapit originem, si ab ea sine rationabili causa dispensaret, dubio procul raris culpa reus evaderet.

III. Episcopus cum suis subditis dispensare valet, ut ex D. Thoma in *IV. dist. xv. quest. III. art. 2. quest. 4. ad 3. & 2. 2. quest. cxvii. art. 4.* docent communiter Theologi, & Canonistæ. Idque experientia conlatur; quoniam reipia Episcopi in suis diocæbus dispensant. Et revera id ratio optimi regimini postulat, ut scilicet satis provide subditis pro occurrentibus casibus consilium sit. Porro, si Episcopus potestatem delinatur foret dispensandi subditos suo a ieiunii lege, satis illis provium minime foret: quoniam frequens est causa dispensandi; & difficilis est ad summum Pontificem accessus. Dispensatio Episcopi a ieiunio, univèrse Ecclesiæ indicto, sine iusta causa illicita est, & invalida: quia Episcopus non habet potestatem supra ius commune univèrse Ecclesiæ. Quare, dum a lege ieiunii quadragesimalis subditos suos solvit, iuxta aliquos Auctores non dispensat; sed tantum declarat in hoc aut illo casu legem non obligare. At, ut ego arbitror, vere dispensat: quoniam licet lex univèrse pro tota Ecclesiâ sit supra facultatem Episcopi; prout tamen hæc lex spectat hæc diocæsim, subiacet iurisdictioni episcopali, quatenus Episcopus valet legem illam interpretari, & ex iusta causa ab eadem suos subditos dispensare: alioquin Episcopus non plus, ad hoc quod attinet, auctoritatis haberet quam simplex Confessarius. In lege vero vel a semetipso, vel a Synodo diocæzana lata, non solum potest dispensare, verum etiam eandem iusta de causa abrogare valet.

IV. Parochis dispensandi potestatem de-

negant plures Theologi: quia Parochorum potestas ultra fori interioris limites non extenditur. At, quidquid sit, num vi iuris communis Parochi valeant dispensare, nec ne, communis est Theologorum, & Canonillarum sententia, iure consuetudinis saltem Parochos dispensare ob iustam causam posse suos subditos parochianos. Nam non semper facilis ad Episcopatum accessus est; & alioquin sæpe urgent dispensandi rationes. Quin ahi prohibitor videtur sententia, defendens posse Parochum valide & licite dispensare subditos suos, etiam prædente Episcopo: quia, experientia teste, id consuetudine innotuit. Dispensant enim Parochi, nec Episcopi reclamant. Idque consonat suavi regimini Ecclesiæ. Nimis inanis grave foret, si fideles ex locis remotis adire deberent Episcopos ad impetrandum dispensationem ieiunii, cuius necessitas in die occurrit, & in die transit, seu deficit. Vicarii quoque Parochorum, seu eorum vires gerentes, nisi Parochi expresse repugnent, possunt dispensare parochianos ob iustam causam; quæ sublata, dispensatio illicita esset, & invalida; peccarentque tam Parochi, quam eorum Vicarii illam impetientes.

V. Superiores Regularium possunt cum suis subditis dispensare: quia iurisdictionem spiritualem habent providendi subditis suis in omnibus quæ ad eorum optimum regimen congrua indicaverint. Communis enim sententia est, id posse Prælatum regularem cum suis subditis quod potest Episcopus in sua diocæsi. Eadem licet utriusque ratio est, ut scilicet subditis omnibus in necessariis bene provium sit. Superiores autem Regularium sunt Generales, qui in univèrso Ordine subditos dispensare valent, Provinciales in tota provincia, & priores, & Abbates, seu Guardiani conventuum in toto conventu, Vicarii quoque superiorum localium, absentibus superioribus, dispensare valent, cum illorum vicibus fungantur. Hi omnes in ieiunio, sive a Regula, sive ab Ecclesiæ præceptis, & in absentia a carnis dispensare ob iustam causam possunt. Dispensantes vero sine iusta causa peccant. Et, sicut cum aliis, ita quoque cum semet ipsis dispensare valent.

VI. Abbatisse, Priorisse, & aliæ quævis superiores Moniales, cum nullam habeant clavium potestatem, nullamque spiritualem iurisdictionem, ad quam feminæ non sunt idoneæ, nequeunt Moniales dispensare; possunt tamen declarare, in hoc vel illo casu



Moniales subditas ad ieiunium non teneri. Quæ omnia communia sunt.

VII. Episcopi, iusta urgente causa, belli, pestis, famelicis necessitatibus, possunt cum tota diocesi, vel civitate dispensare. Parochus tamen id non potest respectu totius parochiæ nisi subditis; sed Episcopus adire debet in simili eventu, qui raro contingit.

VIII. Confessarii potestatem habent dispensandi suos penitentes; sed solum quandoque possunt declarare in dubio penitentis legem non obligare in tali casu. Confessarii enim iurisdictionem nullam habent supra penitentes, nisi in his que ad forum internum spectant. Dispensatio autem actus est iurisdictionis, quam, ut dixi, Confessarii non habent.

IX. Medici nullo modo dispensare valent a ieiunio; sed iustum iudicium proferre, quod infirmitas, vel debilitas necesse est, notabile afferat, nisi ieiunium solvatur. Non quælibet difficultas, non quodvis incommodum, ut capitis levis dolor, vel stomachi quæcumque debilitas, sed illa tantum corporis molestia quæ notabile detrimentum nature inferre probabilius potest, sufficit medico, ut licite, & tute attestationem faciat superiori, qui dispensare, hac posita attestatione, valet. Sed miseri medici potissimum in causa sunt cur ieiunia passim violenter. Isti enim, ut auram popularem acciperent, ut numerum clientum turbam sibi concilient, ut res suas promoverent valeant, omnibus, potissimum nobilibus, & mollioribus feminis, non modo quæsitæ attestationem faciunt, sed sponte offerunt; omnibus lenocinantur, ac blandiuntur. Caveant miseri, ne, dum aliorum concupiscentiæ, gula, & intemperantiæ indulgent, ipsi perpetui incendii penas luere debeant. Illis dumtaxat attestationem faciant quorum infirmitas, aut debilitas notabilis est. Incommoda quæ remota sunt, contemnant. Quæ tantum probabiliter proxime imminet, causæ sufficientes sunt iustæ dispensationis, & attestationis. Quando infirmitas, vel incommodum grave, & manifestum est, non est necessarium dispensatio, sed medicus ipse declarat, infirmum excusatum esse a ieiunio. Quare S. Antonius II. P. tit. vi. cap. 11. §. 6. inquit: *Item de consilio rationabili medici infirmus sibi ieiunium non concedens carnis dicitur prohiberi non peccat; sed peccat medicus, si sine causa rationabili, vel solum dubia talia mandat, vel ordinat infirmis.*

X. De causis iustæ dispensationis in dis-

sertatione de dispensationibus sermo erit. Causæ quæ sufficient ad impartendam dispensationem a ieiunio, ex his quæ dicta sunt, constant. Liber dumtaxat hic subicere doctrinam Sylvestri verb. *Ieiun.* quest. 171. num. 20. Tertium quantum ad dispensationem super solutione ieiunii talis regula servanda videtur ex mente omnium Doctorum. Si certum est quod quis ieiunare non possit ex causâ evidenti, potest quis ieiunium propria auctoritate dimittere secundum Vervec, & omnes. Si vero sit dubium, consulendus est *Vervec*, & *peritus*, puta medicus, aut Confessor, vel alius. Et, si iudicio eius causa est evidens, iterum potest quis propria auctoritate dimittere secundum mentem eiusdem Vervec, quia eo casu causa est evidens. Si vero ipse sit dubius, oportet adire superiorem, idest Episcopum, vel proprium Sacerdotem, qui declarare potest auctoritate dispensando in dubio. Limita tamen totam regulam, esse scandalo, quia, etiam causa extante evidente in se, vel aliquibus, si inde aliqui scandalizarentur, petenda esset dispensatio.

XI. Quando itaque infirmitas, seu debilitas evidens est, non requiritur dispensatio: quoniam, certa existente causâ impediente ieiunium, lex non obligat. Cum infirmus, vel valetudinarius, live quolibet alio incommodo gravatus subicit, consulat medicum, vel Confessarium. Si illi declarant, causam excusantem esse certam; abque dispensatione solutus est a ieiunio. Si illi dubii sunt, num causa satis sit nota, tunc Superiorem adeat pro dispensatione, & Superior in aliud pium, sed non grate, neque petenti dispensationem incongruum, opus commutat debitum ieiunandi. Illud animadvertant Superiores, maiorem requiri causam ad dispensandum in casu carni quam in ieiunio. Quare, si sufficit secunda confessio, non dependit in ciborum qualitate: si carniem eius succurrat indigent, non concedatur duplex restrictio. Ad dispensandum in lacticiis causa satis levis sufficit. Quando quis in Quadragesima dispensatus est in elu carniem absolute, non intelligitur dispensatus in feris lactis, & sabbatis, nec in quatuor temporibus, nisi in dispensatione id fuerit exprellum.

XII. Ex his quæ dicta sunt, improbita manet opinio plurium Casuistarum, qui abserunt, non teneri ad ieiunium illos qui dubitant, an sint obligati; quia melior est conditio possidentis; quam rationem fallam esse alibi probavimus. Si autem dubii essent excusati, vix foret dispensationi locus. Sed

de hoc fasius suo loco. Referuntur pro Regularibus aliqua privilegia & Sixti IV. & Leonis X. quibus declaratur, Regularibus, dubitantes super obligatione ieiunii, excusatos esse, & a petenda dispensationis debito exemptos. Addunt etiam Salmaticenses ex Rodriguez *tract.* xxii. cap. 11. quest. 7. num. 159. Leonem X. concessisse Religiosis itinerantibus ut ieiunium ex precepto Ecclesiæ unius diei in alium diem transferre valeant: vel horam comestitionis anticipare. Sed hac privilegia mihi commentitia sunt; nec videre ac licuit. Explicatio vero quam Pasqualigus exhibet *deci.* cccxvii. num. 3. quæque refert Leander *quest.* lvii. disp. x. tract. v. laudati privilegia, illud apocryphum evincit. Ait enim hoc privilegium locum habere, quando iter breve est, & commode fieri potest. Si enim longum foret, itinerans excusatus esset. Item, si dubitaret, non egeret iuxta istorum Casuistarum doctrinam dispensatione. Privilegium ergo dispensare eos qui nulla indigent dispensatione. Cur Religiosi, qui ubique exemplum penitentia præferre debent, dispensandi sunt in itinere brevi, & commodo? Non dispensantur laici, & dispensabuntur Religiosi? Quo fundamento prelium id potest? Nisi præterire velimus, Pontifices summos approbasse istorum Casuistarum nimiam opinandi licentiam; quod dicendum nullo pacto est. Professo igitur nullum adesse fundamentum prudenter credendi, Pontifices citata privilegia concessisse.

## CAPUT XXVII.

*Christianorum ieiunium comitari debent abstinentia a peccatis, oratio, elemosina, aliarumque virtutum exercitia.*

I. Quamquam capite quarto primæ differentiationis advertit Lutheranos, Calvinitalique demonstretur, quod Catholicis observant, officium esse virtutis, cum in ieiunium finem referatur; nihilominus placet in hoc capite Christianos breviter edocere regulas quas in ieiunio executione servare debent. Tota liquidem illius differentiationis oratio fida & arida fuit, quoniam tota occupata in resolvendis difficultatibus, & innumeris quæstionibus, quas nimia opinandi licentia invenit. Congruum ergo est ut post explicatas difficultates quæ ieiunii obligationem, vel illius exactam observantiam in discrimen adducebant, ac nunc in medium promam quæ ieiunium perficiunt, ornant, & mirum in modum anima

utile, singularisque meriti secundum continentur. Ex his quæ hucusque disputavimus, consequens est, paucos esse qui physicas, ut ita loquar, ieiunii regulas, vel verum ieiunium hodiecum observent; paucissimos vero qui ieiunii fructum, meritisque assensuant. Nam plures ieiunant, quia quid comedant, non habent. Ieiunant avari, ut pecunias parcant, ieiunant alii, ut corporis sanitatem conservent, ieiunant hypocritæ, ut inane gloriæ acciperent. Peccatores plures a cibis abstinere, sed vitis indulgent. Habent ventrem pilibus, & leguminibus altum; sed avaricia carnes pauperum vorat, & pelles exoritur; lingua proximi famam lacerat, innocentiam fordibus contaminat. Utinam hæc conacionaria esset amplificatio, & oratoria exaggeratio, ac non simplex, & sincera illius ætatis ieiuniorum narratio, & descriptio. Adversus eiusmodi ieiunia invectivæ tum Prophetæ, tum Patres, Itaque cap. lviii. *Ecce in die ieiunii vestri invenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce adites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiæ. Nolite ieiunare, sicut usque ad hæc diem, ut audiat in excessu clamor vester. Numquid tale est ieiunium quod ego, per diem affligere hominem animam suam?*

II. Sancti Patres, huic Prophetæ textum explicantes; toti sunt in inculcanda a vitis abstinentia, ut corporale ieiunium Deo gratum evadat. S. Basiliius hom. i. de ieiun. *Certe, ne ieiunii utilitatem sola ciborum abstinentia metiatur. Peram enim ieiunium est abstinentia ab vitis alienum. Solve omne vinculum iniquitatis, condona ieiunium proximo ac debitum dimitte. Noli ad litas, & contentiones ieiunare. Carnes non edis; at interim devoras fratrem tuum. Pmo abstinere a vitis ab iuriis tibi non temporis. Sanctus Ioannes Chryostomus hom. viii. in Genesim. Ieiunium dico abstinentiam a vitis. Etenim abstinentia a cibis propter hoc recepta est, ut vigorem carnis referent. Ieiunantem ante omnia oportet iram referre, mansuetudinem, & lenitatem addiscere, habere cor contritum, absterdas concupiscentias repellere. Sanctus Leo serm. xliii. in Quadragesima vi. cap. 11. *Apollonica institutio quadraginta dierum ieiunii implenda, non ciborum tantummodo paritate, sed privationis maxime vitiorum. Nam cum hoc castigatio ista sanatur, ut carnalium desideriorum fontes subtrahantur; nullum magis scilicetandum est continentie genus quam ut semper sint ad iniuste voluntate sobrii, & ab inhonestâ actione ieiuni. Sanctus Bernardus serm. i. de Quadrag. Si gula leda**



peccavit, sola quoque ieiunet, & sufficiat; si vero peccaverint & cetera membra, cur non ieiunet & ipsa? Ieiunet ergo oculus, qui prædatus est animam, ieiunet auris, ieiunet lingua, ieiunet manus... Sed multo magis ieiunet anima ipsa a vitis, & propria voluntate sua.

III. Sanctus Antonius II. Part. ii. vi. cap. 11. §. 7. ieiunij characteres, qui ipsi comitari debent, optime describit, inquam. Ieiunium somitur ad tria secundum Thomam.... Primo ad carnis concupiscentiam repressionem. Unde Apostolus II. Cor. vi. ait; In ieiunio, in calitate exhibeamus nosmetipsos; pramittit ieiunium castitati, quia per ieiunium castitas conservatur..... Secundo assumitur ieiunium ad mentis elevationem in divina: quia homo ieiunus est magis liber a fumositate cerebri, unde magis aptus ad intelligendum.... Tertio ieiunium valet ad culpam satisfactionem. Deinde §. 8. describit vitia a quibus ieiunium immune esse oportet. Primo quidem debet esse de mente omnino intentio vana, que potest esse multiplex secundum illam versionem: Abstinere aeger, egestas, cupidus, gula, simia, virtus. Ieiunat enim aliquis, quia sentit se gravatum cibo: & si comederet, sibi noceret, sicut prima die Quadagesime. Alius ieiunat propter avaritiam, quia non vult tantum expendere bis comedo: vel quia habet lucra pro manibus in apotheca, que non vult amittere: unde usque sero manebit ieiunus. Alius ieiunat propter gulam, quia forte iturus est ad aliquod convivium; & ideo, ut famelicus accedat, & melius comedat, illa die, vel precedenti ieiunat. Alius ieiunat propter hypocrisis, ut simia, que fingit actus humanos, & tamen homo non est: ita scilicet hypocrita ieiunat, ut teneatur bonus, qui tamen non est bonus. Quicumque istorum ieiunat, alias non ieiunatur, non foret præceptum Ecclesie... Secundo debet habere effectum liberum a peccato commisso, & committendo. Nihil enim prodest ieiunare, & alia religionis, id est christianitatis, opera facere, nisi mens ab iniquitate coerceretur..... Tu autem, cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, conscientiam scilicet a peccatis. Et Iste XVIII. dicit Dominus. Hoc est ieiunium quod ego elegeri: Dissolve colligationes impietatis, id est malas societates, cum quibus ligatus es in officio, vel contractibus; vel maleficiis; solve fasciculos deprimentes, id est obligationes restrictionum: & dimitte eos qui contracti sunt, liberos scilicet dimitte qui solvere non possunt, non in carcere tenes, & onus durum

pe, scilicet peccati per contritionem. Tertio oportet habere piam affectionem per orationem quoad Deum.... Et, ut magis oratio sit devota, egredietur sponda de cubili suo, & sponda de thalamo suo, dicit Dominus: Ios. 2. scilicet ad orandum abstinendo se ab actu conjugali; non tamen nisi de communi consensu, & continentia utriusque.

IV. Non modo Patres docent, præcipuum ieiunium abstinendum esse a vitis: quoniam ieiunium corporale ideo institutum est, ut concupiscentia reprimatur, omnique periculosus appetitus spiritui subiungatur, atque animi liberius Deo vacare possit; verum etiam maxime inculcant, ieiunij tempore misericordiam in pauperes abundantiorum esse debere. Hæc tria, ieiunium, oratio, & elemosyna, invidio sedere coniciata sint fas est. D. Augustinus ait ser. eox. olim de div. veris lxxv. Præcipue sane pauperum memore, ut, quod vobis parvas orando subtrahitis, in castis thronis reponatis. Accipiat Christianus. Castigatio volentis ipsa ieiunium non habebit. Voluntaria copiosior copia. S. Leo lerm. xi. In distributione quoque elemosinarum & pauperum cura pinguecant christiana ieiunia. & quod suis quisque delictis subtrahit, debilius impendat, & egenis. Sanctus Petrus Chrylogus lerm. viii. Esurit ieiunium: ieiunium sit, quod non pietatis cibo pasitur, quod pietatis misericordiam non rigatur. Alget ieiunium, ieiunium deficit, quod non elemosine vellus tegit, quod non miserationis operit vestimentum. Quod est ieiunio, sicut verum, ita castitas factis gemina flosere camporum; ita misericordia tota ieiunii semina producit in florem, in celestem messem totam ieiunii facit fructificare virtutem. Tandem concludit Augustinus lerm. cxxv. alias de diversis lxx. Ieiunia vestra non sint talia qualia Prophetæ condemnant, dicens: Non hoc ieiunium elegeri, dicit Dominus. Arguit enim ieiunia litigiosorum, querit pius arguit opprimentes, querit relaxantes: arguit inimicantes, querit liberantes.

#### CAPUT XXVIII.

Consecrarium, in quo declaratur, quemadmodum lex ecclesiastica de ieiunio iam observasset, se vere forent recentiorum opinionum, & licita conscientiam quibus hodiernum Christiani a ieiunio eximuntur.

SUB istius dissertationis finem, libet ob oculos ponere maximum absteriorum quod

quod ex opinionibus quorundam Casullarum, & manifesta Christianorum hodierna praxi profuit. Et, ut clarus quod dicturus sum pateat, memoria recedendum est, inter leges ecclesiasticas potissimum esse hanc, quæ ieiunium præscribit: est enim fundata in ipso nature iure, vel est iuris naturalis determinatum. Dicitur enim, ieiunium in communi ab ipsa naturali lege iuberi; & tempus quo ieiunandum est, ab Ecclesia constitui. Insuper istius legis gravitas ex ipso sine patenter evadit. Eo siquidem spectat, ut carnem comprimat, & periculosus appetitus spiritui subiciatur, mentem in Deum et inducta ad eluenda peccata, & pro ipsam Deo satisfactionem, & compensationem persolvendam, ac tandem ad iustitiam, & excellentiam contemplationem animas aptas, & dispositas reddat. Hæc omnia, & plura alia, quæ afferri possent, legem hanc omnium ecclesiasticarum legum gravissimam, summique momenti esse demonstrant. Quare recedenda hæc minime est inter illas leges, quæ mere positive nuncupantur, si ieiunium absolute spectetur. Hinc manifeste consequitur, grave, & satis evidens requiri momentum pro licita ab hac gravissima lege dispensatione.

II. Porro, si considerentur opinionum plurimum recentium Casullarum, si licite forent hodiernæ conscientiarum Christianorum, hæc gravissima Ecclesie lex iam obsolevisset, ac de medio sublata esset. Quandoquidem omnes Theologi in tractatu de legibus docent, non pro paucis, aut minori communitatis parte leges ferri; sed pro omnibus, & universa communitate, ita ut lex suapte natura omnes communitate comprehendat. Quoties vero lex desinit obligare communitate-labditos, seu maiorem subditorum partem, lex ipsa obsolevit: nulla siquidem lex pro paucis edicitur. Hæc penes omnes vera sunt.

III. Si ergo vera essent recentiorum plurimum opinionum, si licite forent Christianorum exemptiones a ieiunij lege, ratiâ lex cessaret. Nam paucissimi sunt qui ob aliquam rationem ex innumeris quas illi excogitantur, ab ieiunio non sint exempti. Exempti sexagenarii, exempti invenes, exemptæ mulieres quinquagenaria, exemptæ coniugate ob debitum marito reddendum, ob pulchritudinem servandam exemptæ nobiles, ne sponsis vilescant; exempti artifices, & operarii ob laborem, exempti Nobiles ob mollitiem, vel ob piscium naucam, quæ carnes ipsis concedens, eos a ieiunij le-

gis solutos reddit; exempti artium liberorum professores, & Magnatum ministri ob miram mentis applicationem; exempti Menages ob publicum bonum; exempti ipsi Religiosi penitentiae profanos vel ob concionandi, vel ob doceandi exercitium. Hi sunt exempti per rationem status. Alii vero plurimi eximuntur ob peculiarem stomachi, vel corporis debilitatem: alii plurimum ob vitandas nimias expensas: quippe, si unus, aut alter de familiaribus carnis indiget, omnes carnes comedunt, nec plures mensæ in domo fiunt. Fiar nunc supputatio, & liquido constabit ieiunij legem ad paucos restringi Christianos. Quod ferat, cor a terrenis abstrahat, voluntatem ad eluenda peccata, & pro ipsam Deo satisfactionem, & compensationem persolvendam, ac tandem ad iustitiam, & excellentiam contemplationem animas aptas, & dispositas reddat. Hæc omnia, & plura alia, quæ afferri possent, legem hanc omnium ecclesiasticarum legum gravissimam, summique momenti esse demonstrant. Quare recedenda hæc minime est inter illas leges, quæ mere positive nuncupantur, si ieiunium absolute spectetur. Hinc manifeste consequitur, grave, & satis evidens requiri momentum pro licita ab hac gravissima lege dispensatione.

IV. Quæ hucusque dicta sunt, confirmare invat auctoritate Eminentissimi Cardinalis Pallavicini, & doctissimi P. Elizaldæ, qui II. Part. Lib. VI. quest. XVII. §. 9. hæc scribit; „ Eminens illud ingenuorum decus „ Cardinalis Pallavicinus inde opinionum harum absurditatem, falsitatem ostendebat, quod ex illi sequeretur legem inter „ ecclesiasticas quasi firmam, & potissimum „ de quadragesimo, aliorumque temporum „ ieiunio cessasse iam, & nullos obligare, „ sed desisse; nihilque superesse, cur ta-



topere hac de re configurat. Sequelam vero probat: quia in tractatu de legibus omnes supponunt, legem non pro aliquibus, & quasi paucioribus, sed pro omnibus, vel plerisque saltem communitatis ferri; neque eam legem esse consilium, & obligare non saltem comprehendere, & obligare non possit. Sed iuxta opiniones de ieiunio & abstinencia a carne lex ecclesiastica de Quadragesima, & ceteris ieiuniis non plerisque Ecclesie, sed pauciores comprehendit, & obligat; ut quicumque eas opiniones, & aperitissimas consequentias tantisper consideraverit, inveniet. Ergo haec opiniones falsæ absurdæque si non essent, sequeretur cessasse iam, & desisse legem ecclesiasticam de Quadragesima, ceterisque ieiuniis: solidique quis opinabitur, legem quæ non omnes, non plerisque, sed pauciores communitatis comprehendit, nullos comprehendere, quam ipsi opinentur, factores, Concionatores, equo etiam iter facientes non teneri ad ieiunandum. Ex sequela ergo absurditate dignoscitur opinionum eorum falsitas.

Ex his illud inferrem, eum laborem, illud etiam salutis nocumentum, quod ex observantia quadragesimali per se sequitur in plerisque cuiuscumque status, non ex exculare ab ea observantia; sed requiri vel laborem, vel præiudicium salutis esse extraordinarium, & plerisque uniuscuiusque status regulariter non conveniens, sed maius. Quia lex Quadragesimæ statibus omnibus Ecclesie communis est. Et paulo infra.

Ut ex publicis orationibus liquet, duplex fuit finis sanctæ Ecclesie: alter, & quasi potior, ut pro peccatis nostris hanc poenitentiam agamus, qua non modo aliquid patiamur, sed etiam, sicut ipsa dicit, pro peccatis nostris iuste affligamur, atque in corpore maceremur; alter, ut hac corporis castigatione mens reficiatur. Hæc publica sunt in Ecclesia Dei, quorum proinde non tam ignorantia, quam inconsideratio, & libertas neminem exculare potest. Respicit, inquit, &c. ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quæ se carnis maceratione castigat. Item. Devotionem populi tui &c. Item. Presta Orem. ut familia tua, quæ se affligendo carnem ab alimentis abstinet, sectando iustitiam a culpa ieiunet. Item &c. Et dixi sæpe, Breviarium esse bonum certe librum mortalem.

Hæc porro Breviarium Theologia est de

plano illa ipsam quam S. Thomas tractat. 2. quæst. lxx. artic. 5. Manifestum autem est quod alterius rationis est modus qui imponitur in concupiscentiis secundum regulam rationis humane, & secundum regulam divinam: puta in sumptione ciborum, ratione humane modus statuitur, ut non nocent valetudini corporis, nec impediatur rationis actum; secundum autem regulam divinam legis requiritur quod homo castiget corpus suum, & in servitium redigat per abstinentiam cibi, & potus, & aliorum huiusmodi.

Ecce ergo unde contrarietas orta sit legis ac intentionis Ecclesie, & tot opinionum, eius intentionem frustulantem: nam alia regula hinc opinatores, alia vero Ecclesia mater utitur. Opinatores scilicet utuntur regula humane rationis, idque primum habent, & respiciunt, utrum ieiunium, & abstinencia a carne nocturna est, affiduciarque ieiunantem, & a ieiunio liberant. At mater Ecclesia, non hac regula, sed altiori alia dimetitur, scilicet divine legis: & vult ut per abstinentiam quadragesimalem vere pro peccatis nostris affligamur, patiamurque in carne; item ut maceremur in corpore, sique illud in servitium redigatur, mens vero evadat robustior; atque ipse voces poenitentiae, afflictionis in carne, macerationisque castigationis in palam efferant eum modum qui per regulam divine legis imponitur. Neque opiniones contrarie sunt profecto castigative, pœnales, aut afflictive carnis, neque commercium habent cum maceratione corporis... Lex Dei, & ea utens mater Ecclesia in constitutione Quadragesimæ haud sumit valetudinem, vel in valetudinem corporis; sed per aliquam etiam eius in valetudinem vult ipsum castigari, affligi, macerari; & ita in debitam servitutem redigi, atque debitas peccatorum pœnas quomodo exolveri...

Ais: Ergo nulla ratio habenda est valetudinis, vel in valetudinis, nulla ægritudinis, vel etiam mortis? Negamus consequentiam, vel distinguimus, & dicimus, eam in valetudinem, vel salutis detrimentum considerandum non esse quod per se sequitur ex abstinentia, poenitentia, ac maceratione corporis; cum hoc ita, ac intendatur. Considerandum vero est, si quod aliud maius, & extraordinarium imminet. Ad hoc porro, ro dignoscendum dedimus illud signum, utrum scilicet in valetudo, & dolor, aut labor

labor sit singularis, & plerisque convenire solet in quovis statu, an non. Rari enim sunt post transactam inventum, qui magis alioquo non laborent. Quod si labor, vel in valetudo, vel dolor regulariter convenire plerisque solet, non sufficit, ut diximus. Aliud etiam signum esse potest videndo, quæ causæ sufficere soleant in Religionibus observantibus ad se excusandos a Quadragesimis, abstinenciaque carnis, quam dispensantes observantibus. Mirari fatis non potui, plures etiam Religiosos viros, nedum laicos, qui tranquilla conscientia ieiunia solvebant ob solam medicorum licentiam seu attestationem. Nam, sicuti & Confessarii, & poenitentes sæpe in foveam cadunt; ita multo magis medici, & facti ægroti. Quod vero (inquit Elizalda loc. cit.) multi censent se habita licentia virtusque medici peccare non posse, falsissimum est, ut supra de Magistris ostensum est. Et utique medicus peccare potest, & etiam qui sequitur.

